Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



struit quam ambiguitatē confundit. quia non nunquā
sibi litterę uerba contradicunt. Sed dum a semetipsis per
contrarietatē dissidunt. lectorē ad intelligentiam ueri
tatis mittunt. Quid est enim qđ salemon ait. melius est co
medere et bibere. et non longe post subiecit. melius est ire
ad domū luctus. quā ad domū conuiuii. Cur luctū con
uiuio p̄tulit. qui prius escam potūq; laudauit. Si enī
p̄ electionē bonū ē comedere et bibere. p̄ cul dubio esse
melius debet ad domū gaudii. quā ad domū lamenti p̄pe
rare. Hinc est enim qđ iterū dic̄. Lętare iuuenis in adoles
centia tua. et paulo post subiecit. adolescentia enim et
uoluptas uana sunt. Quid est hoc qđ p̄ius rep̄hendenda
p̄cipit. uel post p̄cepta rep̄hendit. nisi qđ ipsis litterę uer
bis innotuit. ut qui difficultatē exterius patitur. uerita
tis intelligentiā. cum p̄ humilitatē cordis queritur. legendi
assiduitate penetrat. Sic enim ignotos hominū facies cer
nimus et corda nescimus. Sed si familiari eis locutione con
iungimur usu colloquii eorū et iam cogitationes indagamus.
ita cum in sacro eloquio sola hystoria aspicit. nihil aliud
quā facies uidet. Sed si huic assiduo usu coniungimur. eius
nimirū mentē quasi ex collocutionis familiaritate pene
tramus. Dum enim alia ex aliis colligimus. facile in eius uerbis

considet q̄ seq̄t. Que nimirū ueritatis intelligentia.